

le III

A  
A



R. BIBL. NAZ.  
Vitt. Emanuele III.

RACCOLTA  
VILLAROSA

A

113

NAPOLI

Adic. Villarosa A. 143

John. J. ...

# CONSTITVTIONES

IN SYNODIS DIOECESANIS

Ab Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino

## DOMINO ASCANIO

S. R. E. CARDINALI PHILAMARINO

Archiepiscopo Neapolitano  
celebratis

EDITÆ, ET PVBLICATÆ.



ROMÆ, Ex Typographia Reuerendæ Cameræ  
Apostolicæ, M. DC. L.

*Busico*



In Synodo Dicecesana habita Neapol. die Decimanona mensis Augusti Anno 1642.

*Primum Decretum.*

**A** Pœcæ directæ Bancis continentes quantitatem ducatorum viginti, vel infra, habeant executionem paratâ contra personas Ecclesiasticas iuxta Constitutionem Synodalem alias editam, sed pro alijs Apœcis prædictam quantitatem excedentibus procedatur ordinariè prout de iure, taliter prædictam Constitutionem innouantes; & moderâtes.

*Secundum Decretum.*

**L** Aici, qui septimum ætatis annum excedunt habitum Religiosorum cuiuscunque Ordinis non deferant, nec etiam prætextu deuotionis, vel voti sub pœna ammissionis illius, alijsque nostro arbitrio.

*Tertium Decretum.*

**P** Arochi sub pœna suspensionis à diuinis caueant assistere, matrimonijs Domi contrahendis absque nostra expressa licentia, seu nuptijs benedicere sponis sub baldachino existentibus.

*Quartum Decretum.*

**M** Oniales spiritualem cognationem contrahere non audeant, nec mandatum procurationis ad tenendum aliquem in Baptismate, vel Sacra confirmatione faciant, alioquin ipso facto excommunicationem incurrant; & Parochus huiusmodi mandatum procurationis admittens ducatorum centum pœna mulctetur.

*Quintum Decretum.*

**N** Emo præsumat absque nostra expressa licentia defunctorum Cadauera quatrigis vehere ad Ecclesias sub pœna excommunicationis, eaque de facto delata Ecclesiarum Præfecti, etiam exempti non suscipiant, nec sepeliant nobis inconsultis sub pœna interdicti Ecclesiæ: Nec funeralia peragantur absque interuentu pro-

prij Parochi (præterquam eo casu, quo accedit capitulum nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ) Presbyteri verò, qui ea peregerint absque illo pœnâ ducatorum centum incurrât.

*Sextum Decretum.*

**H**ebdomadarij, vel Confratres Clerici cuiuscunque Ecclesiæ Nobis subiectæ alios in sui locum substituere non valeant nisi ex dispensatione Apostolica sub pœnâ suspensionis à diuinis, & quamuis alij pro eis de facto assistant tanquam absentes de distributionibus non participēt. Cellararij verò pro adiunctis in funeralibus nō admittant nisi Clericos in sacris, vel saltem in minoribus notoriè constitutos sub pœnâ suspensionis à diuinis per mensem, & ducatorum decem.

*Septimum Decretum.*

**C**ellararij Ecclesiarum, & Collegiorum quorumcunque per Annum tātum exercent tale munus, nisi pro minori tempore perdurare sit consuetum, quo peracto confirmari non possint in eodem Officio, nisi nostra speciali licentia præcedente, & tunc omnium consensus in eis confirmandis requiratur; alioquin confirmatus acceptans pœnam ducatorum Quinquaginta persoluat, & confirmantes ducatorum centum pœna mulctentur.

*Octauum Decretum.*

**L**vdum litterarium publicè exercere, seu nouiter aperire cuiuscunque prohibemus, nisi prius fidei professionē legitimè emiserit, & Quatragesimum ætatis Annum atigerit sub pœnâ ducatorum viginti quinque alijsq; nostro arbitrio reseruatis, nisi aliud quoad ætatem nobis videbitur expedire.

*Nonum Decretum.*

**C**um exercentibus hospicia venalia, qui mulieres apud se retentas hospitibus prostituunt; ac Sponsis, qui ante Matrimonium legitimè contractum ad sponas accedunt illas, carnaliter cognoscendi causa, vel eas de facto taliter cognoscunt, vigore Synodaliū constitutionum alias annexa,



nexa, sit Excommunicatio, & absolutionis Reservatio; idq; compertū sit magis conscientiæ laqueū injicere, quam medelam afferre: idcirco censuram à talibus casibus adimētes præfatos paterno affectu monemus, vt à prædictis omnino caueant, ne iram Dei in se prouocent. Veruntamen, qui in prædictis (quod Deus auertat) inciderit præuia integrali confessione à quacumque Confessario per nos approbato, vel approbando absolui posse statuimus taliter prædictam constitutionem immutantes.

*Decimum Decretum.*

**C**oncubinarij, qui ex alia constitutione Synodali absolui non poterant, nisi per quadrimestre à concubinis separati extiterint, ne dum quoad thorum, sed etiam quoad habitationem, & locum, eorum animarum coeli, salutis cōsulentes, si sic separati permanserint per duos mēses absolui posse declaramus; eādem constitutionem quoad reliqua in suo robore relinquentes.

*Vndecimum Decretum.*

**I**vs nuncupatum Pastor bonus Archiepiscopo Neapolitano Singulis Annis in Dominica prima Maij debitum, cum Synodatici, seu Cathedratici naturam habeat, eiusque loco substitutū videatur iuxta antiquam, & immemorabilem consuetudinem à Parochis Ciuitatis, & Diocesis; necnon à sacerdotibus, quibus onus celebrationis Missarum incumbit, & per se ipsos dictum onus persoluunt, aliisque Sacerdotibus, qui cum Ecclesiæ, vel Cappellæ alicuius seruitio adscripti sunt in officio Cappellani Ordinarij, vel extraordinarij Missas cum stipendio celebrant; iuxta dictam antiquam consuetudinem Dominica prima Maij prædicta, quæ olim Sinodus Sancti Ianuarij nuncupabatur à prædictis omnibus sub pœna dupli, & in subsidium suspensionis ab officio persolui mandamus: exceptis ijs, qui à Sede Apostolica, vel à nostris Prædecessoribus à dicto onere hæctenus exempti reperiuntur. Dictum autem lus in futurum locari, vel conduci, vel tempore concessæ licentiæ celebrandi à quoquam

quoquam exigi posse districte prohibemus. Salua prouisione  
facienda quoad eos, qui Ecclesias Beneficiales in titulū  
obtinēt, qui de Iure dictum Cathedraticum, seu Synoda-  
ticum soluere tenentur.

Et statim rogauit Synodum dicens. Placent ne vobis ad-  
mod. RR. DD. Canonici, & Capitulum, Abbates, Rectores,  
Parochi, & tota Synodus dicta Decreta. Responderūt. Placēt.

Deinde prædictus Dominus Promotor accessit ad Emi-  
nentissimum Dominum, & institit pro Deputatione testium  
Synodaliū dicens. Eminentissime, ac Reuerendissime Pa-  
ter, & Domine. Vetus est consuetudo Sacrosanctis Canonū  
Decretis introducta, vt in Synodis Dioccesanis viri aliquot  
vitæ, & moribus graues, ac probati diligantur, qui testes sy-  
nodales nuncupantur. Propterea ego Marcellus Angris-  
anus Canonicus Promotor præsentis Synodi humiliter insto  
apud Amplitudinē Vestram Eminentissimam pro ipsorū  
Deputatione. Et Præfatus Eminentissimus dixit iam depu-  
tauimus, ad quem statim accessit prædictus Dominus Se-  
cretarius, & ex eius manibus accepit quādam schedulam  
sigillatam, & clausam, & subbitō ascendit pulpitem præ-  
dictum, & pronuntiauit, vt infra. v3. Ascanius Miseratione  
Diuina Tituli S. Mariæ in Ara Cœli S. R. E. Presbyter  
Cardinalis Philamarinus Archiepiscopus Neapolitanus  
in hac Synodo Præsides Quoniam Sacri Canones mandāt,  
vt in Synodis aliqui viri spectatę vitæ deligantur, qui nuncu-  
pantur testes Synodales, quorum munus est an aliquid in  
Ciuitate, & Diocesi corrigendum, & emendandum sit in-  
uestigare, & cognitum ad Nos, nostrumque Generalem Vi-  
cariū referre, vt oportune prouideri possit. Propterea huic  
officio proponimus eos, quos in hac schedula adnotauimus  
quorum nomina, vt maiori diligentia, & libertate huic mu-  
neri vacare possint minimè diuulgenda esse. censuimus. In  
dicta autē schedula fuerūt reperti Adnotati infra scripti v3.

Mox prædictus Dominus Promotor accessit ad præfatum  
Eminentissimum Dominum, & institit pro vocatione Cleri  
dicens

dicens . Eminentissime, ac Reuerendissime Pater, & Domine Sancitum est in Concilijs Generalibus, & præcipuè in Cõcilio Tridentino, vt omnes Ecclesiæ viri, qui de iure, vel consuetudine Synodo Diœcesanæ, quæ quotannis celebrabitur, etiam si exempti sint interesse debeant; & si negligentes fuerint pœnas à Sacris Canonibus præscriptas, incurrât: Cũque multi non adsint, nec iuxta impedimenti exculationem, aut nuntium miserint . Propterea ego Marcellus Angrisanus Canonicus Synodi Promotor in te eos vocari, & absentes Notari, ac cõtra ipsos procedi ad pœnas iuxta formam dictorum Canonum Et Præfatus Eminentissimus Dominus dixit . Ita fieri Decernimus, & mandamus. Et statim prædictus Dominus Secretarius ex pulpito alta voce dixit. Mox vocabuntur, qui huic Synodo interesse debēt, Nominati capite aperto stantes respondeant. Adsum, & ante Eminentissimũ Dominum Cardinalem Archiepiscopum accedant, reuerentiam exhibeant, & recedant in partem, ab Ecclesia tamen non discedant quousque Synodus absoluta non fuerit, &c. Tunc ego infra scriptus Notarius Synodi ex lista, quam habebam in manibus (infra describenda) vocari feci per Cursorem Clericum Ioannem Baptistam Arena omnes Abbates, Rectores, Parochos, Sacristas, Presbyteros, Diaconos, Subdiaconos, & Clericos, ac beneficiatos Ecclesiarum, & Cappellarum huius Ciuitatis, & Diœcesis, & presentes responderunt. Adsum : reuerentiam præstiterunt Eminentissimo Domino Cardinali Archiepiscopo prædicto, & secesserunt versus altare maius, & iterum reuersi sunt ad locum suum &c. & Absentes notati . & per Reuerendum Fiscum fuerunt accusatæ cõtumaciæ. &c. Finita verò vocatione dicti Cleri Præfatus Eminentissimus Dominus mandauit dicto Domino Secretario, vt ex suggestu legeret nomine suo Monitionem positã in Pontificali, quæ incipit. Fratres &c. quam ascendens Pulpitum prædictum alta voce legit, qua finita, dictus Dominus Promotor accessit ad Eminentissimum Dominum, & dixit Eminentissime, ac Reuerendissime-

diffime Pater, & Domine. Cum videam omnia, quæ ad Synodi celebrationem ex præscripto Sacrorum Canonum, & præcipuè Sacri Concilij Tridentini requiruntur, in præfenti Synodo esse confecta, ego Marcellus Angrifanus huius Synodi Promotor inſto ſi Eminentię Suæ ita placuerit, vt eadem Synodus terminetur, & Clerus omnis ad ſuas Eccleſias dimittatur. Et Præfatus Eminentiffimus dixit: Finis in præfenti Synodo imponatur Et ſtatim prædictus Dominus Secretarius ex pulpito dixit. Ad laudem Omnipotētis Dei Beatiffimęq; ſemper Virginis Mariæ, Sãctorum Ianuarij, Agnelli, & aliorum Patronorum noſtrorum honorem, Decernimus Synodum completam, & propterea cuique eundem eſſe ad proprias Eccleſias. Curate cū redieritis, vt Populus omnis vos ab hac Synodo nõ modicrem fructum reportaffe intelligat &c. mox dictus Dominus Promotor erigens ſe, dixit alta voce. Ego Marcellus Angrifanus V. I. D. Canonicus Neapolitanus huius Synodi Promotor inſto, & rogo Notarium, & Aũuarium præſētis Synodi; vt de ſingulis in hac Synodo geſtis, & peractis, Vnũ, vel plura conficiat Inſtrumētũ, vel inſtrumenta. Et ego inſcriptus Notarius reſpondi conficiam libenter, &c. Tandem Præfatus Eminentiffimus Dominus benedixit Synodo more ſolito dicẽs; ſi nomen Domini benedictum &c. & fuit dimiſſa Synodus dicente Domino Canonico Andrea Lectereſio primo Diacono, alta voce. Procedite in pace. &c. & omnes abierũt. &c.

† Viſa Gregorius Peccerillus Aud.

In Synodo Diocesana habita Neapol. die Octa-  
ua mensis Maij Anno 1644.

*De Sacramento Matrimonij.*

*Primum Decretum.*

**N**on desunt, qui matrimonia de facto clandestina sine legitimis denuntiationibus, non seruata forma Sac. Conc. Trid. contrahunt, & quod peius est etiam Parochis violenter adductis quibus, & si alias Constitutionibus Synodalibus nostrorum prædecessorum fuerit iam prouisus; nihilominus quia hæc in dies accidere videmus; Volentes Nos quãtum possumus talibus abusibus prouidere, illisq; obuiare, inhibemus sub pœna excommunicationis latae sententiæ quoad contrahentes talia matrimonia de facto absq; legitimis denuntiationibus; Parochis verò, vel alijs Sacerdotibus de licentia Parochorum talibus matrimonijs assistentibus præscribimus pœnam ducatorum centum præter alias pœnas nostro arbitrio reseruatas.

*Secundum Decretum.*

**N**on videtur conforme Dispositioni Sac. Conc. Trid. qua cauetur Matrimonia debere contrahi in faciem Ecclesiæ, vt contrahantur Domi, quemadmodum in nostra Ciuitate, & Diocesi inoleuit frequens abusus, ab omnibus personis, nulla habita exceptione personarum domi contrahi; ideo ad tollendos præatos abusus prohibemus Parochis, vel alijs Sacerdotibus à quibus debet assisti matrimonijs contrahendis sub pœna ducatorum centum, alijsque nostro arbitrio reseruatis ne vlllo modo assistant matrimonijs Domi contrahendis absq; nostra licentia inscriptis obtenta.

*Tertium Decretum.*

**C**vm ex dispositione Sacri Conc. Trid. Nuptiæ debeant benedici, & ab aliquibus prætendatur sub præestu  
b con-

consuetudinis etiam si alter ex coniugibus alias in primo Matrimonio contracto receperit benedictionem, cum alio coniuge recipere de nouo posse imò, & nonnulli benedictionem in secundo matrimonio, etiam sub baldachino, seu pallio recipiunt: Nos ad tollendos præfatos abusus etiam ex præfata consuetudine mandamus Parochis, vel alijs Sacerdotibus sub pœna suspensionis à diuinis ipso facto incurrenda, ne vlllo modo audeant similes benedictiones dare quando alter ex coniugibus in alio matrimonio contracto receperit benedictionem, nunquam verò sub pallio, seu baldachino sub pœna suspensionis à diuinis.

*Quartum Decretum.*

**M** Vltoties dubitari contingit, in qua Parochia fieri debeant denuntiationes matrimoniorum contrahendorum tam viri, quam mulieris, cumque in nostra Ciuitate numerosa animarum facile eueniat, quod cum quampluries matrimonia absq; denuntiationibus; & cum impedimentis dirimentibus malè contrahantur ex mutatione, & variatione habitationum, propterea que non possit haberi cognitio personarum diuersarum. Vt præfati abusus occurramus; mandamus Parochis sub pœna ducatorum quinquaginta, alijsq; pœnis nostro arbitrio, vt non nisi elapsis quatuor mensibus à die habitationis in propria Parochia non faciant Publicationes, sed hæ fieri debeant in Parochia, à qua discesserint, vnica verò tantum fiat in Parochia in qua degunt coniuges.

*De Sacramento Pœnitentiæ.*

*Primum Decretum.*

**S** Acramentum Pœnitentiæ à quibusdam sub prætestu infirmitatis, vel alterius indispositionis in domibus adhiberi solet præsertim mulieribus; Quoniam autem cū ingenti nostrorum peccatorum dolore fieri debet, adhuc vt decenter sicuti par est, fiat; mandamus, vt in Ecclesijs tantum administretur, præterquam in casibus necessitatis sub pœna

pena quoad Sacerdotes seculares, & Regulares inhabilitatis ipso facto ad alias audiendas confessiones in futurum, quò verò ad proprios Parochos suspensionis à diuinis ipso facto incurrenda, neue vllus posthac audeat audire cõfessiones tam virorum, quàm mulierum in domo absque nostra licentia in scriptis obtenta; exceptis Sacerdotibus, qui tenentur celebrare, vel alia Sacramenta ministrare, & ex causa integræ confessionis illorum tantùm possit audiri cõfessio, quando aliàs in Ecclesia commodè fieri nequeat.

*Secundum Decretum.*

**E**T si aliàs à nobis quamplures facultates impertitæ fuerint tam Sacerdotibus secularibus, quàm Regularibus absoluendi à censuris, & casibus Nobis reseruatis ad certum tempus nondum clapsum, vel ad nostrum beneplacitum, quibus videntur idètidem fuisse abusos; ideo illas omnes reuocamus, itaut in futurum nullus ex præfatis Sacerdotibus tam secularibus, quàm Regularibus illa possit vti Non tamen intendimus per hanc nostrã reuocationem comprehendere Pœnitentiarios in nostra Metropolitana ad nostrum beneplacitum deputatos, nec Parochos, quibus fuit concessa facultas ad certos casus, nec alios Confessarios in illis tribus casibus prout in pagella.

*Tertium Decretum.*

**C**Um aliàs Decretis Synodalibus nostrorum Prædecessorum fuerit declaratum, Concubinariorum casum esse reseruatum; Declaramus, præfatam reseruationem debere intra bimestre, & non nisi facta separatione quoad thorum, & cohabitationem, vel matrimonio contracto inter eosdem concubinarios, quo casu posse absolui à quibuscumque Confessarijs, ac etiam elapso bimestri à die separationis quoad thorum, & cohabitationem; nisi tamè fuerint declarati excommunicati in foro exteriori, & tantùm nisi habita licentia à nostro Vicario Generali.

*Decretum Primum.*

**E**Xperientia docet, quòd hisce temporibus homines potius pœnis grauioribus à delictis committendis arcentur, quàm monitionibus, & alioquin illis obstari nequeat. Vnde, & si constitutione Synodali nostrorum Prædecessorum fuerit decretum Sacerdotibus, qui duas, vel plures missas eadem die celebrauerint, præterquam in casibus à Iure permissis, pœnam carcerem incurrere. Nos volentes delicta ita grauia maioribus pœnis coercerè. Decreuimus præfatos Sacerdotes incurrere pœnam triremium ad septennium. ita ampliando constitutiones nostrorum Prædecessorum.

*Decretum Secundum.*

**C**vm ex delatione armorum, præsertim prohibitorum, quamplura delicta in nostra Ciuitate, & Diocesi oriri prospeximus; Nos volentes præfatis delictis quantum possumus obuiare, prohibemus Sacerdotibus, alijsque Clericis, & personis Ecclesiasticis sub pœna triremium ad septennium delationem archibusciorum paruorum Ignobilibus, Nobilibus autem relegationis per idem tempus: quò verò ad retentionem talium armorum sub pœna ducatorum centum quinquaginta in proprijs domibus, & ita reformandas Constitutiones nostrorum Prædecessorum, seu ampliandas respectiuè statuimus.

*Tertium Decretum.*

**Q**Voniàm Decreto sacrorum Rituum prohibetur Sacerdotibus celebrare cum annulis aureis in digitis, ad hoc, vt præfatum Decretum executioni demandetur prohibemus sub pœna ducatorum sex pro qualibet vice contrauentibus prædicto decreto, ac etiam Sacristis permittentibus Sacerdotes celebrare cum annulis aureis in digitis; exceptis tamen habentibus vsu Mitræ, & Baculi, vel alias ex priuilegio Apostolico.

*Quar-*



*Quartum Decretum.*

**D** Ecet vestes benedictas, & Sacras non ad alium vsum destinari, nisi pro Missæ sacrificio, præsertim albam, stolam, manipulum, quibus Sacerdotes vtuntur ad Missæ sacrificio; idèd prohibemus Sacerdotibus, alijsque personis Ecclesiasticis, ne illas accomodent personis sæcularibus sub pœna ducatorum centum, alijsque nostro arbitro reseruatis, ad vsum prophanum pro repræsentationibus, vel choreis; vtentes verò cuiusuis conditionis exstant ad præfatum vsum, sententiam excommunicationis ipso facto incurrere decernimus.

*Quintum Decretum.*

**I** Ndecès valdè est, si Sacerdotes, vel in sacris constituti, qui diuino muneri sunt consecrati, personis sæcularibus obsequium præstent in functionibus Ecclesiasticis, ideo cùm ad nostram notitiam peruenerit, quòd aliqui ipsorum suæ dignitatis obliiti, induti tunica, dalmatica, vel pluuiali in Vesperis, vel Missis solemnibus incensent, seu thurificent Magistros, vel Gubernatores locorum, seu Ecclesiarum sæculares; prohibemus igitur sub pœna suspensionis à diuinis ipso facto incurrenda, ne in futurum id præstetur, sed talis thurificatio fiat ab Accolitis, seu Clericis.

*De sepulturis.*

*Primum Decretum.*

**L** Icèt aliàs in libello funeralium decreuerimus funeralia intelligi debere duplicia, & ita solui, quando non solum Regulares vocantur ad ea, sed etiam Clerus quamplurium Ecclesiarum Collegiatarum, & non certiorati de antiqua, vel immemorabili consuetudine, qua Regulares tantùm vocabantur ad funeralia duplicia censebantur, & ita soluebantur. Volentes nos omnem suspicionem auaritiæ à personis Ecclesiasticis tollere, & conformare nos antiquæ consuetudini, mandamus seruari peruetustum vsum quo

quo præscribitur funeralia duplicia vocari, & solui, quando ad illa vocantur Regulares tantum.

*Secundum Decretum.*

**S**æpè contingit, altercationes incidere circa iura Parochialia pro funeralibus soluenda; quando cadauera nõ in proprijs Parochijs obeunt; Ideo ad tollendas omnes disceptationes, decernimus quoties non apparet fuisse trãflatum domicilium in totum cum propria domo, & familia habitationis, & quando ex improviso aliquis obiit in aliena Parochia, nullis ibi receptis Sacramentis, Iura Parochialia deberi proprię Parochię habitationis, vbi fuit facta electio sepulturę, cū electione non facta spectent eadẽ iura ex antiqua, & immemorabili consuetudine ad nostrum Capitulum, & Canonicos, aliquibus verò Sacramentis in in aliena Parochia receptis, seruandam esse consuetudinẽ circa iura Parochialis soluenda.

*Tertium Decretum.*

**N**onnulli ad fraudanda iura Parochialia, quando cadauera sunt tradenda Ecclesiasticę sepulturę solent illa asportare in curribus quadrigis, vel sedibus absqueruentu propriij Parochi, & sine Cruce; Prohibemus igitur sub pœna excommunicationis latę sententię quò ad deferentes præfata cadauera modis, expressis quò ad Ecclesiarum verò Superiores illa admittentes, quò ad personas Ecclesiasticas pœnam ducatorum centum, aliasque nostro arbitrio, &c. sæculares verò eandem sententiam excommunicationis incurrant.

*De immunitate Ecclesię.*

*Primum Decretum.*

**Q**uoniam in Ecclesijs Acclamations, Tumultus, præfertim tempore expositionis Sanctissimi Sacramenti, prohibentur tantò magis mutilationes membrorum, & homicidia, quę in dies tempore nostri Præsulatus occurrerunt; ideo, vt præfatis delictis obuietur, vltra pœnas  
motu

motu proprio fel. record. Pij V. contentas, contra aliqua ex præfatis delictis committentes in Ecclesijs. Decernimus sententiam excommunicationis latæ sententiæ Nobis referuatam incurrere.

*Secundum Decretum.*

**P**ersonæ Ecclesiasticæ omni iure sunt exemptæ à Iurisdictione sæculari, & si igitur contra Iudices trahentes personas Ecclesiasticas ad forum sæculare per excommunicationem in Bulla Cœnæ legi solitam sit satis prouisum; tamen quoad partes, siue personas trahentes ad præfatos Iudices personas Ecclesiasticas eisdem notas non videtur planè sancitum; ideo volentes Immunitati Ecclesiasticæ sufficienter prouidere, mandamus, vt sub pœna excommunicationis latæ sententiæ nemo, siue laicus, siue persona Ecclesiastica, personas Ecclesiasticas ad Iudicium sæculare, præterquam in casibus à Iure permissis trahat; & ita innouamus Constitutiones Synodales nostrorum prædecessorum.

*Tertium Decretum.*

**D**ecet, Ecclesias Dei esse domos orationis, & ab ipsis risus, ac vaniloquia penitus arceri, & multò magis cantus inhonestos, & repræsentationes; ideo prohibemus in Ecclesijs fieri quocumque modo repræsentationes, sub pœna interdicti Ecclesiæ.

*Quartum Decretum.*

**O**pera insuper spiritualia, etiam in locis adiacentibus prohibemus sub pœna excommunicationis quò ad sæculares recitantes, aut Scenarium tenentes, Superiores dictorum locorum permittentes, quò verò ad personas Ecclesiasticas, carcerum per sex menses, & alijs nostro arbitrio referuatiss: extra verò dicta loca, nisi reuideantur à personis deputandis à Nobis, & nonnisi cum licentia inscriptis à Nobis, vel à nostro Vicario Generali, recitentur sub eisdem pœnis.

### *De Præcepto Ecclesiæ.*

**C**Vm ex præcepto Ecclesiæ teneantur fideles semel in Anno, in Paschate communicare, & inoleuerit abusus, vt in Oratorijs priuatis, aut in Ecclesijs Regularium, communicare nonnulli audeant, quibus nulla imminet cura animarum, prætendentes ita præcepto Ecclesiæ satisfacere. Volentes tales abusus tollere; Declaramus nostra præfenti Cõstitutione Synodali nullo modo satisfieri præcepto Ecclesiæ, nisi communicando in Ecclesia propria, Parochiali à proprio Parocho, vel de eius licentia in eadẽ Ecclesia Parochiali ab alio Sacerdote deputato per proprium Parochum, vel in nostra Ecclesia Metropolitana; Prohibemus etiam Parochis, ne licentiam contra hanc Constitutionem concedant sub pœna suspensionis à Diuinis ipso facto incurrenda, præterquam in casu necessitatis. Declarantes, Sacerdotes celebrantes non comprehendi sub hac prohibitione.

### *De Iudicijs.*

**C**Vm aliàs in nostra Synodo Diocesana decreuimus, Apocis Bancorum dari viam executiuam, quatenus tamen summa ducatorum viginti non excederet. Quoniã verò experientia comprobauimus emergere identidem, hinc quamplures lites, & partes expensis grauari pro exactione eorum crediti; illam ampliando dicimus, etiam cõpetere viam executiuam, quando non excedit summam ducatorum quinquaginta: quando verò excedit summam ducatorum quinquaginta debere agi via ordinaria.

### *De Monialibus.*

#### *Primum Decretum.*

**Q**Voniam in nostra Visitatione generali Monialium, reperimus quamplures Abbatissas nullam reddidisse rationem, vel computum earum administrationis, ex quo bona Monasteriorum facillè dilapidari comperimus: Ideò

Ideò quantum possumus talibus inconuenientibus occurrere intendentes, vt pœnis arceantur à mala administratione, mandamus sub pœna priuationis vocis actiuae, & passivæ, & inhabilitatis in perpetuum ad similia officia, vt Abbatissæ, seu Priorissæ intra sex menses post dimissum officium teneantur reddere rationes, vel computum earum administrationis. Illis verò redditis, si appareant debitrices, sint inhabiles ad eadem officia, nisi reintegrato Monasterio pro debito completo.

*Secundum Decretum.*

**N**on debet amplius Abbatissa, seu Priorissa finita administratione se ingerere in exactione bonorū eiusdem Monasterij, prout omnia iura clamant, cumque inoleuerit abusus sub prætextu crediti præteritæ suæ administrationis, Abbatissam, quæ iam absoluit tempus sui regimii se ingerere in exactione bonorum Monasterij; ideò prohibemus omnibus Abbatissis, seu Priorissis sub pœna priuationis vocis actiuae, & passivæ, ne absoluto officio amplius se ingerant in exactione crediti Monasterij, & similiter, nec Abbatissa pro tempore permittat easdem exactiones fieri sub eisdem pœnis.

*Tertium Decretum.*

**Q**uampluribus Decretis Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium fuit decretum mulieres non debere admitti nullius Religionis vulgo Bizochas nuncupatas nisi habeant quamplurima requisita: prout in dictis decretis, easq; etiam admissas, nullo modo permitti ad pottandum subeannum, quod vulgo vocant, seu velamen, quod tantum Monialibus professis conceditur: & nihilominus per Ciuitatem videntur illud asportare; Nos volentes talibus abusibus obuiare, prohibemus sub pœna excommunicationis latę sententiæ nobis reseruati ne deinceps deferant præfatum subeannum, seu velamen ad instar Monialium degentium in Monasterijs.

*De Oratorijs priuatis.*

**A**lias Sacra Congregatio Rituum declarauit non licere celebrari in Oratorijs priuatis in quibusdam festis sollempnioribus v3. Festo Natiuitatis Domini, Epiphaniæ, & Annuntiationis B. Marię Virg. Pasche Resurrectionis, Pentecostes, Assumptionis B. V. Sanctiss. Petri, & Pauli, & Omnium Sanctorum; Quoniam verò sunt quamplura Oratoria in Ciuitate, & Diœcesi, mandamus etiam in Festo Circumcisionis, & Ascensionis Domini, Corporis Christi, S. Ioseph, & S. Ioannis Baptistę sub pœna reuocationis licentię habitę, in dictis festis in Oratorijs priuatis celebrari nequaquam posse.

*De ueneratione Sanctorum.*

**C**um nouissima Constitutione Urbani Octaui innouetur Decreta Sacri Concilij Tridentini quibus cœnetur, ne quis teneat, aut publicè exponat Sacras imagines alijs vestibus, & forma indutas, quam Catholica Ecclesia antiquitus consueuit neque eas vestiant habitu peculiari alicuius Religionis regularis; præterea ne profanę picturę; aut sculprurę in Ecclesijs, earumque frontispicijs, vel atrijs exponantur; Nos vt prædicta decreta executioni demandentur, mandamus, etiam tanquam Sedis Apostolicę delegati, & præcipimus omnibus, & singulis personis cuiusq; gradus, & conditionis existant, tam secularibus, quam Regularibus, vtriusque sexus quomolibet exëptis etiam Sedi Apostolicę immediatè subiectis, Decreta iam dicta, & motus propios Urbani Octaui inuiolabiliter obseruari sub pœna excommunicationis, alijsque nostro arbitrio reseruat.

*De Libris imprimendis.*

*Primum Decretum.*

**E**t si Constitutionibus nostrorum prædecessorum alias erat cautum non debere libros imprimi, nisi prius reuideantur à Nobis, vel à nostro Vicario generali deputatis; cum ex illorum impressione absque reuisione quamplura

plura damna Ecclesiæ inferri consueuerim; Ideo volentes talibus damnis, quoad fieri potest obfistere mādamus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne vllus audeat imprimere libros, nisi prius reuideantur de nostro, vel Vicarij Generalis ordine, & registrêtur prius à nostro Theologo.

*Secundum Decretum.*

**E**Xperientia probauimus quamplures libros esse introductos in nostra Ciuitate, qui non solum continent errores contra bonos mores, sed etiam contra fidem Catholicam, & esse prohibitos in prima, vel secunda classe &c. & volentes Nos quantum possumus præfatis delictis obuiare, & remedia necessaria, atque opportuna exhibere; mandamus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ Nobis reseruata, ne vllus audeat cuiuscunque conditionis existat consignare libros introductos in Ciuitate, seu illos extrahere extra Ciuitatem nisi prius reuideantur à nostro Theologo, vel à deputatis: & sub eadem pœna excommunicationis non liceat Bibliopolis emere bibliothecas, nisi prius consignata, & reuisa lista à nostro Theologo, vel à Nobis, vel à nostro Vicario Generali deputatis, seu deputadis.

*Tertium Decretum.*

**C**um in nostra Ciuitate omnes Presbyteri tam de Regno, quam etiam extra Regnum, vt plurimum iniqui siti ac etiam condemnati ab eorum ordinarijs de facto in nostra Ciuitate celebrare præsumant, etiam quod peius est, irrêiti censuris; Volentes talibus abusibus prouidere; Mandamus omnibus Sacristis, & alijs Præpositis Ecclesiarum sub pœna ducatorum sex, vt ne quemquam presbyterum admittant ad celebrandum, nisi habeant à Nobis, vel à nostro Vicario generali licentiam in scriptis obtentam cum literis dimissorialibus proprij Ordinarij, illisque in actis nostræ Curie recognitis: Presbiteros exteros celebrantes vltra pœnam suspensionis à diuinis pœnam carceris formalis per sex menses, & duplicationis solutionis Pastor bo-

nus, &c. aliaque nostro arbitrio incurrere decernimus. In-  
nouantes in hoc Constitutiones Synodales nostrorum præ-  
decessorum &c.

Et statim rogauit Synodum dicens. Placent ne vobis ad-  
mod. RR. Domini Canonici, & Capitulum, Abbates, Rec-  
tores, Parochi, & tota Synodus dicta Decreta, & responde-  
runt. Placent.

---

In Synodo Diocesana habita Neapol. die 4.  
mensis Maij Anno 1646.

*De Immunitate Ecclesia.*

*Primum Decretum.*

**C**V alias ex nostris Constitutionibus Sinodalibus  
fuerit prouisum contra eos, qui immemores pro-  
priae salutis non verentur locis sacris reuerentiam  
denegare, imo, & homicidia, & multationes membrorum  
in Ecclesijs, & Coemeterijs delicta audent tam grauia per-  
petrare, excommunicationem ipso facto incurrere decer-  
nimus, non tantum prædictos delinquentes, vt iam dictum  
est: sed etiam in eandem incidere eos, qui præfata delicta  
committunt in locis adiacentibus Ecclesijs, & immunibus.

*De Cultu Ecclesiastico.*

*Secundum Decretum.*

**Q**Vanta sit exhibenda reuerentia Sanctissimo Sacra-  
mento Eucharistiae omnibus planè fidelibus notum  
est, non tamen ob id desunt, qui cum nostra licentia ex cau-  
sa legitima à Nobis approbata illud exponunt; facere au-  
tem hoc audent ante solis ortum, & post eius occasum re-  
ponunt: Qua propter ad nostras aures peruenit in hisce  
temporibus quamplura grauia committi facinora, maxi-  
mo populi scandalo Ideo Nos ad hos excessus quo par est  
corrigen-dos, Sacerdotes, qui præsunt Ecclesijs ducatorum  
centum



centum; alijsque nostro arbitrio pœnis reſeruatſ ſubijci-  
mus, Regulares, & Adminiſtratores ſecularium Eccleſia-  
rum, ſicut, & Eccleſias Regularium Interdicto ſubijci-  
mus, non ſecus, ac ijs, qui exponunt ante ſolis ortum Sanctiſſi-  
mum Sacramentum, & non ſubducunt ante ſolis occaſum  
eandem pœnam inſligimus.

*Tertium Decretum.*

**E**T ſi alias à noſtris Prædeceſſoribus fuerit prohibitum  
in diuinis officijs, & Miſſarum celebrationibus, alijs-  
que ſacris actionibus in Eccleſijs faciendis immiſcendos  
non eſſe canens inhoneſtos, & impuros ſonos, nec non elo-  
gia, odas, ſeu cuiuſvis generis carmina quæ intumidis pia in  
Miſſali Romano, Breuiario, & Rituali, ac Pontificali non  
contenta, præcipue contra Decreta Sacri Concilij Tri-  
dentini, quodq; peius eſt etiam Orationis quadraginta ho-  
rarum tempore, expoſitionumque Sanctiſſimi Sacramen-  
ti ſæpe numero Iudi craiſta decântantur, illas igitur ſanctio-  
nes renouantes, quatenus opus ſit quoad Cantores, &  
muſicos pœnam excommunicationis ipſo facto incurri  
volumus; quoad Eccleſias pœnam Interdictæ Eccleſiæ.

*Quartum Decretum.*

**N**on deſunt Sacerdotes, qui immemores conſtitutio-  
num à noſtris Prædeceſſoribus editarum poſt repo-  
ſitionem Sanctiſſimi Sacramenti in feria quinta Cœnæ Do-  
mini, Claves Sanctiſſimi tradunt Adminiſtratoribus Laicis  
Eccleſiarum contra Ceremoniale Romanum: Nos illas igi-  
tur confirmandes, ſtatuiſmus, in poſterum claves præ-  
dictas ſtatim poſt dictam repoſitionem Sacerdoti in craſti-  
num celebraturo, vel Sacriſtæ Eccleſiæ, qui ſit in ordine Sa-  
cerdotis conſtituto tradendas, & in Monasterijs Moniali-  
um idem ſeruandum eſſe, nec Abbatiffæ, vel Sacriſtanis dic-  
torum Monasteriorum claves prædictas tradi poſſe; ſecus  
verò facientes tam Sacerdotes, quam Laicos adminiſtrato-  
res Eccleſiarum, & Abbatiffam, & Sacriſtanas in ſententi-  
am excommunicationis ipſo facto incidere, Eccleſias verò  
Eccle-

Ecclesiastico Interdicto subijci mandamus.

*De Matrimonio ritè contrahendo.*

*Quintum, & Sextum Decretum.*

**Q**uandoque Parochi admittunt sponfos ad matrimonia contrahenda etiam elapso bimestri post publicationes, non obstantibus Constitutionibus Synodalibus nostrorum Prædecessorum, quas renouantes adiicimus pœnam ducatorum centum, aliasque nostro arbitrio &c. contra eosdem Parochios, vel alios Sacerdotes, quibus cura animarû incumbit, admittentes sponfos ad præfata matrimonia contrahenda elapso bimestri post publicationes, nisi ex causa fuerit dispensatum.

*De Sepulturis.*

*Septimum Decretum.*

**L**icet alias à nostrorum Prædecessorum Constitutionibus Synodalibus sancitum sit Ecclesiarum pauimenta non debere rumpi ad effectum cadauera sepelliendi exceptis ex sepulturis; Igitur quia decreta tam rationabilia videntur in desuetudinem abiisse, illa renouantes mandamus sub pœna ducatorum centum alijsque &c. personis Ecclesiasticis, ne vlllo modo permittant pauiméta intercedi absq; nostra licentia, Administratoribus verò laicis, quoad eorumdem Ecclesias pœnam Interdicti comminamus.

*De Administratione Sacramentorum.*

*Octauum Decretum.*

**A**d tollendas altercationes, ac scandala, quæ oriri solent inter Parochos nostræ Diocesis, & Sacerdotes, in Ecclesijs, vel Oratorijs Confraternitatum quoad tempus celebrationis Missarum; Præcipimus, vt duabus horis post ortum solis Parochi celebrare debeant, vt Populus ad auscultationem Missæ accedere valeat, nullusque Sacerdos ante celebrare possit, nisi de consensu Parochi; Exceptis temporibus Messis, & Vindemiæ sub pœna centum librarum ceræ, alijsque &c.

*Nonum*

*Nonum Decretum.*

**S**acramenta non solum à Parochis, sed etiam ab alijs Sacerdotibus administranda esse gratis, plane omnia iura clamant, quamvis non desunt Sacerdotes, qui propriæ salutis immemores pecuniam propter illorum administrationem extorquent, idque, & si à nostris Prædecessoribus, quam plurimis constitutionibus synodalibus prohibitum fuerit, adhuc tamen videmus Parochos, eorumque substitutos, seu coadiutores in publicandis Matrimonijs non vereri aliquam pecuniam exigere; ideo mandamus sub pœna ducatorum centum alijsque nostro arbitrio referuatis, ne pro publicationibus matrimoniorum, nec directè, nec indirectè pecuniam aliquam exigere præsumant: quò verò ad attestaciones publicationum matrimoniorum in scriptis redigendas, volumus seruati alias Constitutiones ab eisdem Archiepiscopis prædecessoribus emanatas.

*De Monialibus.*

*Decimum Decretum.*

**C**um alias ex Decretis Congregationis Episcoporum, & Regularium cautum sit, in Monasterijs Monialium assignandum esse locum distinctum pro educandis, nec posse educandas pernoctare in cellis, seu domibus Monialiũ professorum, vel nouitiarum, seu aliarum mulierum degentium de licentia Sedis Apostolicæ in eisdem Monasterijs: Ideo ad obuiandum præfatis excessibus, & pro obseruatione eorundem decretorum Sacræ Congregationis, vt saltè pœnis spitualibus corripiantur, mandamus ne in posterũ sub pœna excommunicationis vlla Monialis professa, vel Nouitia, aut mulier degens in Monasterio admittat ad pernoctandum, seu dormiendum in earundem cellis, seu domibus aliquam ex educandis.

*Vndecimum Decretum.*

**C**um ex varijs Constitutionibus Summorum Pontificum prouisum sit, nemini licere cuiusvis conditionis existat iugredi septa Monialium, nisi in casibus necessitatis earum-

earumdem, vel degentium in Monasterijs, & tunc nisi cum licētia in scriptis ab ordinario loci, & in monasterijs exemptis, etiam adhibita licētia earumdem superiorum respectuē, & ordinarij loci, non obstante quacumque consuetudine immemorabili alioquin transgressores, qui sine licentia ingredi p̄sumserint vt supra, p̄enas, & censuras Ecclesiasticas Sedi Apostolicæ reseruatās incurrere declaramus.

*Duodecimum Decretum.*

**E**Xperientia docuit moniales pro Sacristanis deputatas in monasterijs maximas expensas erogare, & superfluas, ac neutique necessarias pro cultu diuino. Hinc pro nostro Pastoralī officio prohibemus omnibus monialibus Nobis subiectis deputatis pro Sacristanis non posse expendere ad sacristæ munus exercendum, nisi pecuniam à Monasterijs assignatam sub p̄na excommunicationis, vel saltem de cōsensu Abbatissæ, leu Priorissæ, etiam pecuniam eisdem debitam pro vitalitio, & multò minus pecuniam de communibus redditibus Monasterij, & communitatis.

*Tertium Decimum Decretum.*

**Q**uoniam à nostris prædecessoribus, etiam in Concilio Prouinciali prohibitum fuit monialibus, comedias aliasque pias, vel sacras exhibitiones representare, nec, personatum egere, etiam relaxandi animi causa, nec vllò vnquam tempore secularem, nec virilem, nec laicarum mulierum habitum induere; & quia in illis nulla p̄na apposta videtur, propter, & non demāantur. dicta decreta executioni. Propterea Nos vt præfatis excessibus prouideatur, Confirmantes præfatas sanctiones p̄nam adijcimus sententiæ excommunicationis ipso facto incurrendæ contra Moniales isthæc transgredientes

*De Sacramento Penitentia*

*Quantum Decimum Decretum.*

**E**X Decreto Sacri Concilij Tridentini cautum est ordinarijs locorum atrociora crimina reseruanda pro absolute, tantoque magis adijcendam p̄nam excommunicationis.

nicationis ad eadem enormia flagitia coercenda. Cum igitur à nostris Prædecessoribus in Constitutionibus Synodalibus sententia excommunicationis lata sit contra sponfos ante contractum matrimonium sponfas carnaliter cognoscentes, ac etiam eandem excommunicationem reseruatam contrahere statutum sit caupones administrantes mulieres in eorum hospitij: Nos easdem reuocamus, ac reducimus ad terminos iuris comunis.

*Quintum Decimum Decretum.*

**C**VM ex decretis Sacri Concilij Tridentini cautum sit neminem nec Sacerdotem secularem, nec Regularem esse habilem, & idoneum ad audiendas confessiones personarum seclariarum, nisi præuia approbatione ab Ordinarijs locorum, alioquin confessiones esse nullas, & inuvalidas. Nihilominus nonnulli Sacerdotes immemores propriæ salutis audeât audire confessiones absque approbatione: Ideo nostro pastoralis officio præfatis excessibus remedia adhibere cupientes, vt saltem pœnis corripiantur, mandamus sub pœna carceris per biennium quoad Presbiteros seculares alijque &c. quò verò ad Regulares etiam ad pœnam censurarum procedemus contra trãsgressores audiētes confessiones personarũ seclariũ absque nostra approbatione.

*Decimum Sextum Decretum.*

**D**Eclarantes insuper omnes gratias à Nobis ore tenus concessas effectum non secutas, esse reuocatas, & quatenus opus sit illas denuo reuocamus, ac etiam statuimus, quod omnes facultates alias à Nobis concessæ: vel in futurum concedendæ pro absolutione à censuris, vel à casibus Nobis reseruatissimis non intelligantur concessæ facultates absoluendi à Censuris incurssis, & incurrendis propter allocutionem cum Monialibus de rebus obscenis, vel cum tactibus impudicis, nec dispensandi super Irregularitate, vel vota commutandi, neque absoluendi à Censuris in Bulla Cœnæ Domini, nec ab infrascriptis Censuris extra Bullam v3. Ingredientes septa monialium ad malum finem,

**Duellistæ, percussiones grâues in personas Ecclesiasticas** iuxta Censuras referuatas Sedi Apostolicæ, Violatores Immunitatis Ecclesiæ, ob extractionem confugientium liberè ad Ecclesias, & alia loca immunia, nec absoluendi à Censuris occasione Simonix realis, vel confidentialis, nec subdelegandi facultatem eisdem concessam absoluendi à Censuris, & Casibus Nobis referuatis alijs Sacerdotibus, etiam Regularibus, nisi illis tantum, qui à deputato Pœnitentiariorum nostræ Ecclesiæ fuerint vocati in eorundem adiutorium certis diebus in nostra Ecclesia Cathedrali tantum, & non alias.

*De Hebdomada Sancta Abusibus.*

*Decimum Septimum Decretum.*

**Q**uoniam ex alijs Constitutionibus Synodalibus nostrorum prædecessorum erat iam prouisum circa abusum Hebdomadæ Sanctæ, & iam non videntur obseruari constitutiones prædictæ, & ideo de nouo mandamus, ne quis habitum pœnitentiæ induat ab Ecclesiastica disciplina alienum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda: Præcipimus etiam talarem tantum adhiberi vestem de lino, & communi nullo prorsus ornamento addito, ad ædificationem populorum, vt par est composito, & per eos dies valdè congruo.

*Decimum Octauum Decretum.*

**L**icet alias à nostris Prædecessoribus etiam ex constitutione Sinodali fuerit prohibitum sub pœna Interdicti Ecclesiæ, seu Oratorij ipso facto incurrenda choreas, seu ludos puerorum in processionibus Angelorum, seu Sanctorum veste indutorum, ne sacra misceantur profanis, quod apud Nos inuisitatum est, & nouum, illi vero censentur tantum obligati, ad processiones, qui in edicto, quod ante illas edi solet nominabuntur, ideo Nos illas renouamus. easque inuiolabiliter seruari mandamus.

**A. Cardinalis Philamarinus Archiep. Neap.**

**In Synodo Diœcesana habita Neapol. die septi-  
ma Mensis Maij Anno 1649;**

*Primum Decretum.*

**L**icet à Nobis aliquoties concedatur facultas Episco-  
pis exercendi Pontificalia ad effectum conferendi  
Ordines in nostra Ciuitate vel Diœcesi, & seruata forma  
Pontificalis Romani, non nisi in Ecclesijs publicis confer-  
ri debent: Nihilominus quia Ordinandi solent recipere  
præfatos ordines in Ecclesijs Monialium, & in Oratorijs  
priuatis domorum: Ideo ad tollendos præfatos abusus,  
Mandamus in posterum, vt facultates à Nobis concedende  
exercendi Pontificalia ad effectum prædictum, intelligen-  
tur, dummodo Ordines Sacri nullo modo recipiantur in  
Ecclesijs Monialium, & in Oratorijs priuatis: Alioquin  
contrauenientes sint suspensi ipso facto ab executione Or-  
dinum sic susceptorum. sub hac autem prohibitione nolu-  
mus comprehendi initiandos, Prima Tonsura, & quatuor  
minoribus Ordinibus.

*Secundum Decretum.*

**Q**uoniam seruata forma Ritualis Romani, nullus Sa-  
cerdos, cuiuscumque gradus, & conditionis existat,  
potest celebrare Missam, vel alia diuina cum sedibus, & ap-  
paratu sollempni, & tamen irrepit abusus ab aliquibus ita  
celebrandi; Nosque ædicto particulari id expressè prohi-  
buimus: Nunc denuò, ad tollendas difficultates, manda-  
mus, vt nullus sacerdos, etiam si sint Canonici nostræ Ec-  
clesiæ Cathedralis, possit habere in Ecclesia sedes cum ap-  
paratu ad effectum celebrandi sollempniter, vel alia officia  
diuina peragenda, sub poena ducatorum Centum pro qua-  
libet vice, alijsque penis nostro arbitrio reseruatis; ex-  
ceptis ijs, qui habent vsum Pontificalium, ex priuilegio  
Apostolico.

*Tertium Decretum.*

**C**um ex decreto Sacri Concilij Tridentini, sessione vigesima tertio capitulo Decimoquinto de Reformatione, cautum sit, sacerdotes tam seculares, quam Regulares non obtinentes Ecclesias Parochiales, absque Ordinarij approbatione, & facultate, non posse confessiones secularium audire non obstantibus quibuscumque priuilegijs, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus: Huic decreto Sacri Concilij Tridentini inherendo, ac etiam Declarationi Congregationis Eminentissimorum DD. Cardinalium Sacri Concilij interpretum: mandamus sub poena carceris formalis arbitrio nostro, ac etiã excommunicationis, quoad Regulares, ex decreto Sacræ Congregationis super negotijs Episcoporum, & Regularium. vt nullus Sacerdos tam Secularis, quam Regularis audeat, absque nostra licentia, audire Confessiones Secularium; & ita innouandas constitutiones Synodales alias editas à nostris Prædecessoribus, & quatenus opus sit, de nouo confirmandas decernimus.

*Quartum Decretum.*

**Q**uia ex dispositione Sacrorum Canonum statutum est neminem posse baptizari Domi, exceptis filijs Regum; tamen cum inouerit abusus in nostra Ciuitate, & Diocesi, quod à Parochis, vel ab alijs Sacerdotibus curam animarum habentibus baptizandi domi: Ideo ad tollendos præfatos abusus, mandamus sub poena ducatorum centum, locis pijs, applicandis, & in subsidium suspensionis à diuinis, vt nullus Parochus, vel Sacerdos audeat domi baptizare, nisi in articulo, aut periculo mortis.

*Quintum Decretum.*

**E**x constitutionibus nostrorum Prædecessorum statutum est prouisos de beneficijs, confratantijs nuncupatis, debere residere in nostra Ciuitate, vel Diocesi, ad hoc, vt munus eisdem incumbens possint per se ipsos adimplere: Igitur iisdem constitutionibus inherendo, statuimus, quod si ultra Annum, absque nostra licentia in scriptis ab-

*suc-*



fuerint, primum per Edictum citandi, deinde, si non comparuerint, iisdem contrahentijs priuandi erunt; Reiectoque abusu non residendi, & per alios inferuendi, innouatis constitutionibus à prædictis mādamus etiā Cellerarijs, ne partē distribuāt, vel faciāt dictis confratribus absentibus, sub poena ducatorū sex locis pijs, toties, quoties. Exceptis ijs, quibus ex priuilegio Apostolico concessum est, per alios inferuire, vel alias legitimè impeditis.

*Sextum Decretum.*

**E**T si à nostris Prædecessoribus in alijs Synodis Diocesanis cautum sit, neminem finito Anno Cellariatus posse iterum immediatè eligi, seū confirmari absque nostra in scriptis licētia, & sic ab omnibus Ecclesijs, & collegijs sub pœnis nullitatis electionis debere obseruari: Idque volumus omnino seruari, et in nostra Cathedrali tā à RR. Canonicis, quam ab Hebdomadarijs, & Mansionarijs, eiusdem, sub iam dictis pœnis, & alijs nostro arbitrio seruatis.

*Septimum Decretum.*

**N**Vlli Rectori, seu Parocho liceat cadauera tradere Ecclesiasticæ sepulturæ, nisi in Ecclesia, in qua fuit à defunctis electa, seruata forma aliarum Constitutionum, Synodaliū à nostris Prædecessoribus emanatarum, sub pœna centum librarum ceræ in casu contrauentionis, nisi reuelante Ecclesia electa, & ex aliqua legitima causa à nostra Curia approbata, talis recusatio, seū oppositio admittatur, & tunc nihil præter iura parochialia ab eisdem exigatur, sub eisdem pœnis; Vnde præfatas Constitutiones innouādas, & quatenus opus sit cōfirmādas decernimus.

*Octauum Decretum.*

**D**Ecreta alias edita in præcedentibus Synodis à Nobis, vel Prædecessoribus nostris circa modum seruandum in funeribus fidelium associandis, eorundumque corporibus piè sepellendis, præsertim ne id fiat in quadrigis, seu Curribus, vel sedibus gestatorijs; alioq; quouis modo

do, non vſitato ab Eccleſia, & abſque interuentu Parochi ſiue abſq; funeralibus de nouo quatenus opus ſit, renouamus, & mandamus inuiolabiliter obſeruari, ſub poenis in eiſdē Decretis cōtētis alijsque noſtro Arbitrio reſeruatis.

*Nonum Decretum.*

**E** Leæmoſina, quæ ob funus datur, non in itinere, vel populo ſpectante, ſed in loco ſeparato, & remoto peractis exequijs, iuxta alias Conſtitutiones Synodales à noſtris Prædeceſſoribus emanatas à Cellerario diſtribuat, quas Conſtitutiones, hoc noſtro Decreto roboramus, & innouamus Præcipientes ne de diuiſione facienda in itinere aliquo modo diſceptetur, ſub poena ducatorum ſex, alijsque noſtro arbitrio reſeruatis.

*Decimum Decretum.*

**I**nſuper ſub poena priuationis ab officio, & beneficio prohibemus, ne quis confrater, aut portionarius, vel Clericus, ſeu Diaconus locet, aut conducat ad quodcumque tempus, etiã breue Fratantias, vel Diaconatus pro ſepeliendis, vel aſſociandis mortuis, vel quod etiam ius ſepulturæ vocant, decernentes huiusmodi illicitos locationis, & conductionis contractus, nullos, irritos, & inanes eſſe: pecunias propterea ſolutas, & ſoluendas applicandas eſſe in réparationem, vel neceſſitatem Eccleſiæ Parochialis, vel alias arbitrio noſtro, Innouantes, & confirmantes quatenus opus ſit Conſtitutiones à noſtris Prædeceſſoribus, ſuper his emanatas.

*Vndecimum Decretum.*

**R**ectores, vel Sacriſtæ Eccleſiarum, vel Cappellarum noſtræ Ciuitatis, vel Diœceſis, nullo modo admittant Cappellanos ordinarios, vel extraordinarios pro celebratione miſſarū abſq; noſtra licētia in ſcriptis obtenta, ſub poena librarū cētū ceræ laboratæ, & in ſubſidiū ſuſpentionis à diuinis: Idēque intelligatur de Magiſtris, ſeu Gubernatoribus quarūvis Eccleſiarū, vel Cappellarū, ſub poena Interdicti ipſo facto incurrenda, quò ad eorū Eccleſias, Cappellas,

las,

**las, seu Oratoria, & sic Constitutiones Synodales nostrorum Prædecessorum renouantes obseruari mandamus.**

*Duodecimum Decretum.*

**Q**uoniam ex tempore immemorabili nostræ Ecclesiæ Metropolitanæ solui debet ius Cathedraliticum, seu Synodaticum, quod Pastor bonus nuncupatur tam à Parochis nostræ Ciuitatis, vel Diocesis, alijsque Sacerdotibus, qui seruitijs Ecclesiarum pro Cappellanis Ordinarijs, vel extraordinarijs, & missas cum stipendio celebrant, & iuxta dictam consuetudinem prima Dominica Maij, quæ olim Synodus S. Ianuarij nuncupabatur, à prædictis omnibus soluendū esse decernimus sub pœna dupli, & in subsidiū suspensionis à diuinis; exceptis ijs, qui à sede Apostolica, vel à nostris Prædecessoribus à dicto onere hætenus exempti reperiuntur, eorundem Prædecessorum nostrorum Constitutiones in hac partē innouamus, & quatenus opus sit confirmamus.

*Decimum tertium Decretum.*

**P**ræsenti Decreto innouamus statutum Sacrorum Canonum, ac nouissime Sacri Concilij Tridētini, quo decernitur, Reliquias sanctorum nullo modo posse exponi à Populo, venerandas etiam in Ecclesijs exemptis, nisi à nobis, vel à nostra Curia primum recognitas, & approbatas, sub pœna Interdicti, etiam quò ad Ecclesias exemptas: imò contra inobedientes, procedetur ad alias pœnas nostro arbitrio reseruatas.

*Decimum Quartum Decretum.*

**C**lerici in minoribus Ordinibus constituti, qui post promotionem, habitum abiecerunt, vel vxorem vnicam, & virginem duxerunt, vel militiæ adscripti actu infuerunt, absque nostra licentia habitum Clericalem, modo nullo iterum reassumant, sub pœnâ Carceris, alijsq; nostro arbitrio reseruatis. Non tamen intendimus per hoc declarare, de facto reassumentium priuilegijs, quæ forte illis competunt, in aliquo derogare.

*Decimum Quintum Decretum.*

**C**Um ex nostris Constitutionibus cautum sit, Apocas personis Ecclesiasticis directas banchis, non excedentes summam ducatorum quinquaginta debere habere executionem paratam. At quia aliqui contra dictam constitutionem prætendunt diuidere maiorem quantitatem debitam perapocas in petitione, ad hoc vt sit locus executioni, paratæ. Nos ad recidendas lites, & ad euitandas fraudes, declaramus in casu solutionis factæ pro residuo, non tamen excedente summam ducatorum quinquaginta debere habere executionem paratam, non autem pro diuisione faciendâ à creditore; & ita declaramus, & obseruandum mandamus, & quatenus opus sit nostras Constitutiones Synodales confirmamus.

*Decretum Decimum Sextum.*

**E**X Decretis Sacrorum Canonum Sancitum est, vestes Sacras pro cultu diuino, & Sacrificio Missæ destinatas, debere deservire tantum pro constitutis in Ordinibus sacris; cumque Percrebuerit abusus, vt illis, etiam Clerici in Ecclesijs pro functionibus sacris vtantur; Ideo ad tollendos præfatos abusus, mandamus in posterum Sacristis, vel alijs Rectoribus, seu Præfatis Ecclesiarum, sub pœna ducatorum sex, alijsq; nostro arbitrio, ne permittant dictos Clericos talibus vestibus sacris vti in Ecclesijs pro functionibus Ecclesiasticis; & sub eadem pœna præcipimus, ne dicti Clerici illis vtantur, alijsq; pœnis nostro arbitrio reseruat.

*De Vita, & Honestate Monialium.*

*Compendiosa Institutio.*

**C**Um Mulier Innupta, & Virgo (vt inquit Apostolus) cogitet, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & Spiritu; Sanctimoniales quæ ipsius Domini nostri Iesu Christi peculiare sponse sunt, nihil  
pre-

per spōsū diligere, vel cogitare, nec in rebus vllis, nisi in  
eo cunctas delicias collocare debent. Hinc est quod nos  
nonnulla, quę in ipsarū Sanctimonialiū Visitatione, & re-  
formatione Monasteriorum curanda, & Prouidenda Ani-  
maduertimus, nunc pro earū honestate, & Sanctitate cu-  
stodienda, duximus memoranda, & obseruanda.

*Primo.*

**I**n primis vt suę Professionis, votorum, ac spōsionis sem-  
per meminerint, vt omnem occasionē, ne primam fi-  
dem Christo dilecto ipsarum Sponso præstitam, irritam fa-  
ciāt habentes damnationem; sed Pudicitiam, quam Deo  
vouerunt illibatam, integerrimamque conseruent; nul-  
las noxias, aut obscenas cogitationes admittant; Ne Dei  
Numen, quod vbiq; præsens est, Angelosque earum Cu-  
stodes offendant; Sciens quod oculi Domini contem-  
plāntur bonos, & malos.

*Secundo.*

**D**einde Abbatissis, Priorissis earumq; Superioribus  
omnem reuerentiam, & obedientiā promptę exhi-  
beant, & ad nutum pareant, nec illarum mandatis duras,  
difficiles, aut morosas se præstent.

*Tertio.*

**S**acramenta fręquentent, & in Choro sollicitas, & de-  
uotas tam in Nocturnis Vigilij, quam in alijs diu-  
nis horis decantandis, se gerant, & in orationē frequen-  
tes, non remissę, sed feruentes meditationibus, Sacrorum  
librorum lectioni vacent, & nullos libros vanos legant;  
Sperent, Inquit ille, in Deum, Insistent in orationibus, &  
obsecrationibus die, ac nocte.

*Quarto.*

**M**anibus suis (vt eas tentator, semper aliquid facien-  
tes inueniat occupatas, operentur) sed vt opera fe-  
ria, & vtilia, non vana, vel indecentia, aut parum honesta,  
faciant, construant, ac acū laborent, non Auarę, nec cupi-  
dę nec turpē lucrum sectantes.

*Decimum Quintum Decretum.*

**C**Vm ex nostris Constitutionibus cautum sit, Apocastis personis Ecclesiasticis directas banchis, non excedentes summam ducatorum quinquaginta debere habere executionem paratam. At quia aliqui contra dictam constitutionem prætendunt diuidere maiorem quantitatem debitam perapocas in petitione, ad hoc vt sit locus executioni, paratæ. Nos ad recidendas lites, & ad euitandas fraudes, declaramus in casu solutionis factæ pro residuo, non tamen excedente summam ducatorum quinquaginta debere habere executionem paratam, non autem pro diuisione faciendâ à creditore; & ita declaramus, & obseruandum mandamus, & quatenus opus sit nostras Constitutiones Synodales confirmamus.

*Decretum Decimum Sextum.*

**E**X Decretis Sacrorum Canonum Sancitum est, vestes Sacras pro cultu diuino, & Sacrificio Missæ destinatas, debere deseruire tantum pro constitutis in Ordinibus sacris; cumque Percrebuerit abusus, vt illis, etiam Clerici in Ecclesijs pro functionibus sacris vtantur; Ideo ad tollendos præfatos abusus, mandamus in posterum Sacristis, vel alijs Rectoribus, seu Præfectis Ecclesiarum, sub pœna ducatorum sex, alijsq; nostro arbitrio, ne permittant dictos Clericos talibus vestibus sacris vti in Ecclesijs pro functionibus Ecclesiasticis; & sub eadem pœna præcipimus, ne dicti Clerici illis vtantur, alijsq; pœnis nostro arbitrio reseruatæ.

*De Vita, & Honestate Monialium.*

*Compendiosa Institutio.*

**C**Vm Mulier Innupta, & Virgo (vt inquit Apostolus) cogitet, quæ Domini sunt, vt sit sancta corpore, & Spiritu; Sanctimoniales quæ ipsius Domini nostri Iesù Christi peculiare sponte sunt, nihil

pre-

per spōsū diligere, vel cogitare, nec in rebus vllis, nisi in  
eo cunctas delicias collocare debent. Hinc est quod nos  
nonnulla, quę in ipsarū Sanctimonialiū Visitatione, & re-  
formatione Monasteriorum curanda, & Prouidenda Ani-  
maduertimus, nunc pro earū honestate, & Sanctitate cu-  
stodienda, duximus memoranda, & obseruanda.

*Primo.*

**I**n primis vt suę Professionis, votorum, ac spōsionis sem-  
per meminerint, vt omnem occasionē, ne primam fi-  
dem Christo dilecto ipsarum Sponso præstitam, irritam fa-  
ciāt habentes damnationem; sed Pudicitiam, quam Deo  
vouerunt illibatam, integerrimamque conseruent; nul-  
las noxias, aut obſcenas cogitationes admittant; Ne Dei  
Numen, quod vbiq; præſens est, Angelosque earum Cu-  
stodes offendant; Sciētes quod oculi Domini contem-  
plāntur bonos, & malos.

*Secundo.*

**D**einde Abbatissis, Priorissis earumque Superioribus  
omnem reuerentiam, & obedientiā promptę exhi-  
beant, & ad nutum pareant, nec illarum mandatis duras,  
difficiles, aut morosas se præſtent.

*Tertio.*

**S**acramenta fręquentent, & in Choro sollicitas, & de-  
uotas tam in Nocturnis Vigilij, quam in alijs diur-  
nis horis decantandis, se gerant, & in oratione frequen-  
tes, non remissa, sed seruentes meditationibus, Sacrorum  
librorum lectiōni vacent, & nullos libros vanos legant;  
Sperent, Inquit ille, in Deum, Instent in orationibus, &  
obsecrationibus die, ac nocte.

*Quarto.*

**M**anibus suis (vt eas tentator, semper aliquid facien-  
tes inueniat occupatas, operentur) sed vt opera se-  
ria, & vtilia, non vana, vel indecentia, aut parum honesta,  
faciant, construant, ac acū laborent, non Auarę, nec cupi-  
dę nec turpē lucrum sectantes.

c

*Quin-*

*Quinto.*  
**H**umiles, & deuotas, non inquietas, aut clamorosas,  
nec querulas, non contentiosas, sed mites patientes,  
obedientes, placidas, ac compositis moribus omnibus  
preferant.

*Sexto.*  
**M**urmurationes, susurraciones, Detractiones, Cacchinos  
vigent nã Reliquas mulieres; Apostolus docet,  
pudicas, non detrahentes sobrias, & fideles in omnibus  
esse oportere.

*Septimo.*  
**E**t vt ipsarũ modestia omnibus nota sit, ab omni fuce,  
& corporis ornatũ Capillorũ, & capitis concinnitate,  
& curioso habitu, delicatis vestibus, carũ elegantia, que  
nec etiã seculares mulieres decet, iuxta Apostolicã institutionẽ,  
nec non in verecundo gestũ, odoribus, vnguentis,  
& speculis abstineant, sed Soli Deo, cui se desponderunt  
placere, studeant in ipsius, & proximi charitate perseuerantes.

*Octauo.*  
**C**ellas semper apertas, & Paupertati, quam Professę  
sunt, consentaneas cum Christi, & Sanctorum Imaginibus,  
nõ topiario opere fabricatas, cęlatas, aut deauratas,  
non sericeis, non tapetibus paratas, non vanis picturis,  
non impuris, aut profanis hominum Imaginibus, vel alijs  
Indecentur ornatas, nec inanẽ, Inutilem, aut superfluum  
suppellectilem habeant, vt exterior cultus per omnia  
interiori respondeat.

*Nono.*  
**N**ihil omnino proprij vnquam retineant, sed omnem  
proprijetatem vel ut abominationem exhorreat, nec  
aliquid emere, vel vendere absque earum Monasterij Superioris  
licentia, audeant, siue presument.



**S**pectas Conuersationes, & secretas confabulationes caueant, nec sint otiosę, verbosę, curiosę loquentes quę non oportet; Cum nullo, etiam coniuncto, sine iuę Abbatis, seu Prioris, licentia, audeant miscere sermones, & hos nisi in Rota, vel ante Crates, seu Cancellos ferreos, vel abductu, vultu dimisso, vt honestę, ac humiles in colloquijs appareant, præfata Abbatis, seu Prioris, aut Rotarijs, seu alijs ad id deputatis, & tunc nullo modo Porta, seu foribus Monasterij semi apertis.

## Decimo Primo.

**A**d earum colloquium præter Parentes, germanos Fratres, & sorores, neminem sine nostra, seu nostri Vicarij Monialium licentia, in scriptis obtenta admittant; nec aliquem intra claustra, sine licentia, etiam, in scriptis, in casu necessitatis tantum concedenda, & tunc, non nisi cum Monialium deputatarum comitatu nullatenus introducant: nulli etiam honestę personę, nisi manifesta, & rationabili causa intercedente, & tunc cum Superioris licentia ingressus, vel accessus pateat ad easdem.

## Decimo Secundo.

**E**t tanto minus ipsę de Monasterio ex quacunque causa exire, nec alia Monasteria, vel domus circumire; neque per suorum, vel alienas sedes circumcursare, præsumat, sed perpetuam, Inuiolatamque seruent clausuram, vt per Bonifacij octauo Innouatam Constitutionem, & Sacri Concilij Tridentini decreta statutum est, scientes vniuersas, & singulas Moniales, cuiuscumque Religionis sint, vel ordinis, in quibuslibet mundi partibus existentes, sub perpetua debere manere clausura, nullique ipsarum in Religione tacite, vel expresse Professę, quacunque ratione, vt causa concedi posse facultatem è Monasterijs huiusmodi egrediendi, nisi in casibus contentis in constitutione felicis Recordationis Pij V. quę Incipit Decori. &c.

*Decimo Tertio.*

**N** Vlla Monialis Conuersa, Nouitia, & alia quæcumq; mulier in Monasterijs claustralibus degeus, Castellos, cui u scumq; generis retineat, seu apud se habeat, & si quæ ad præsens actu illos teneat omninò dimictere teneatur, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda, nobis referuata.

*Decimo Quarto.*

**H** Abitus seculares viriles, seu muliebres, etiam ad Animi relaxationem, vel tempore carnis priuij (cum dissolutio sit potius Ecclesiasticæ disciplinæ) nunquam Induât, nec comedias, Fabulas, Rappresentationes, seu quaslibet actiones seculares representent; sub pœna excommunicationis ipso facto Incurrenda, nec cantus figuratos, sub pœna Interdicti earumdẽ Ecclesiarũ admittant, sed ab omnibus denique ludis, seu locis vanis abstineant.

*Decimo Quinto.*

**N** Ec Confessoribus tam ordinarijs, quam etiam extraordinarijs munera, vel alia dona mittantur; ab ipsarum singulis, sed tantum à Priorissa, seu Abbatissa permittantur ad eosdem Cõfessores, sub pœna ipso facto incurrenda reuocationis facultatis audiendi Confessiones Monialium, nec etiã prætextu Missarum celebrandarum, quæ non possit excedere; elemosinam duorum carolendorum, pro qualibet Missa.

*Decimo Sexto.*

**C** Vm alias nostro Particulari Ediçto prohibitum sit, sub pœna excommunicationis laræ sententiæ ipso facto Incurrenda, vt nulla Monialis, aliaue mulier degens in Monasterio claustrali admittat in eius domo, siue cella nouitiam, vel educandam ad pernoctandum, id etiam præsentis Constitutione Synodali statuẽdum esse duximus, exceptis ijs, quæ à sancta Sede Apostolica obtinuerint licentiã,

*Decimo Septimo.*

**D**enique Iuxta Apostolum. Inreprehensibiles sint, & tanquam Dei Omnipotentis seruitio, se mancipatas agnoscant, digneque cum virginibus prudentibus, & vigilantibus accensas lampades, & oleum habentibus in vasis suis, eterno sponso occurrere, & cum eo ad nuptias sempiternę illius felicitatis Intrare, & quę velut Purissimę Virgines sequi Agnum quoque mereantur.

*Decimo Octavo.*

*De non retinendis, nec Custodiendis mulieribus Secularibus in Monasterijs.*

**Q**uoniam experientia, quę est rerum magistra, Deprehendimus, cohabitationem, & consuetudinem secularium mulierum cum sacris virginibus, Sacrę virginali Pudicitię maxime perniciosam esse, & ex ea plurima, & graua scandala in dies exoriri; statuimus, & ordinamus: ne de coetero quęcumque seculares mulieres cuiuscumque conditionis, aut nobilitatis existant, in Monasterijs, vel Conuentibus Monialium, seu sororum quorumcumque ordinum nobis subiectis, vel exęptis recipiantur, seu Admictantur in perpetuum, siue ad tempus, etiam breue, etiam sub p̄textu sequestri securitatis, aut Custodię; sub p̄na Abbatissis, seu P̄fectis, & Superioribus Monasteriorum p̄dictorum priuationis eorundem officiorum, quę ad reliquas Moniales Interdicti earundem Ecclesiarum; vltra alias p̄nas à Iure inflictas, contra talia perpetrantes.

*Decimo Nono.*

**C**um alias nostro Edicto particulari prohibitũ sit Monialibus, & Sacris Monasteriorũ nobis subiectorũ, vt durante anno earundem officij Sacristię, non possint exp̄dere pro necessitate Sacristię, pecuniã assignatã pro earundẽ subuentione, nec eorũ titulo donationis tã à Conſanguineis, quã ab alijs exteris, etiã quod procuretur per-

ue-

ueniri ad manus Abbatissę, seu Alterius personę Ecclesiasticę, vel secularis, ad hoc, vt possit postea deseruire pro vsu Sacristię, sed tantũ debeāt expendere id quod assignatur ab Abbatissa pro seruitio, & vsu Sacristię tantum, sub qua Prohibitione declaramus etiam comprehendi, Donatium fieri solitum ab eisdem Sacristis in fine anni eorum Sacristię, sub pęna excommunicationis latę sententię nobis reseruatas, qua censura ligare volumus tam Moniales Sacristas, quam etiam Abbatissas contra facientes, prout in nostro Edicto, quod hęc nostra Constitutio Synodali confirmamus, & inuiolabiliter obseruari mandamus.

*Vigesimo.*

**N** Villa Monialis in eadem domo, seu cubili aliam mulierem ad pernoctandum admittat, cum vnaqueque debeat habere propriam cellam, iuxta decreta Sacre Congregationis Regularium, & quando vnaqueque Monialis ob Angustiam habitationis, non potest habere propriam cellam, tunc ad minus debeant esse tres in eadem cella.

Nec Abbatissa, seu Priorissa cuiuscumque Monasterij ultra annũ nouitiam à die suscepti habitus in Monasterio degere permittat, sed statim dicta nouitia teneatur Professione emittere, finito anno Nouitiatus; expleto demũ decimo sexto anno ætatis, vel illam è Monasterio expellere, iuxta Decreta Sacre Congregationis sub pęnis priuationis officij quò ad Abbatissam, & ita etiã quò ad educandas obseruandum statuimus adeo, vt statim completo vigesimo quinto anno expellatur.

Nec masculos, vel femina cuiuscumque ætatis ad Ingressum clausurę cuiuscumque Conditionis admittatur sub pęna quò ad admittentes excommunicationis ipso facto Incurrenda nobis reseruata.

Nec educandę, vel Moniales, ultra duas Sorores, ad habitum suscipiendum admittatur etiã ex causa educationis, absque licentia Sedis Apostolicę, & tunc cum priuatione vocis actiue, & passiue, & cum dote duplicata, alijs-

que

quæ e conditionibus in dictis licentijs apponi solitis.

Cumque inconueniens sit in Monasterijs nobis subiectis, vt nec à Monialibus, nec à Cõuersis sub prætextu quod sint extere, Consanguineis, vel alijs accedentibus ad illas visitandas, in cratibus parare comestibilia, cum magno scãdalo; idq; alias sub nostro particulari prohibimus Edicto, sub pœna carceris per mensem, ac etiam per duos menses non accessus ad crates; Propterea illud confirmamus, & extendi volumus etiam ad Moniales, sub eisdem pœnis, alijsque nostro arbitrio reseruatis.

Ita etiã, quod nec possint alloqui, nec cum Fẽminis, nec masculis in Portello nisi fuerit consanguineus, vel affinis in primo, vel secundo gradu, sub pœna excõmunicationis ipso facto incurrenda, licet nostro Edicto prohibuerimus nunc præsentì Constitutione Synodali illud confirmamus.

Sicut etiam ad Crates Monialium prohibuimus Cantus, vel sonos sub pœna Excommunicationis ipso facto incurrenda Nobis reseruata, ad quam pœnam volumus incurryre etiam Abbatissam, vel Priorissam admittentes Moniales ad præfatos Cantus, & sonos ad dictas Crates ideoque hac nostra Synodali Constitutione iam dictas prohibitiones Confirmamus.

**A. Cardinalis Philamarinus Archiep. Neap.**



---

Supradicta decreta concordant cum originalibus, ideo possunt imprimi: Datum Neap. die 30. Martij 1650.

Aloysius de Ianuario Can. dep. & Fisci Patronus  
Curie Archiepiscopalis Neap.

527019

527019

1. The first part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that this is crucial for ensuring the integrity of the financial statements and for providing a clear audit trail. The text notes that any discrepancies or errors in the records can lead to significant complications during an audit and may result in the disallowance of certain expenses.

2. The second part of the document addresses the issue of proper documentation. It states that all receipts and invoices must be properly filed and indexed. This not only facilitates the audit process but also helps in the identification of potential tax deductions and credits. The document stresses that the burden of proof is on the taxpayer to demonstrate that the expenses claimed are legitimate and allowable.

3. The third part of the document discusses the importance of timely reporting. It notes that any changes in the financial situation or tax status should be reported to the relevant authorities as soon as possible. This helps in avoiding penalties and interest charges that may be imposed for late reporting. The text also mentions that the taxpayer should keep abreast of any changes in tax laws and regulations that may affect their situation.

4. The fourth part of the document discusses the importance of seeking professional advice. It notes that a qualified tax professional can provide valuable guidance and assistance in navigating the complex tax system. This is particularly true for individuals with complex financial situations or those who are unsure about the proper reporting requirements. The document encourages taxpayers to consult with a professional to ensure that they are in compliance with all applicable tax laws and regulations.


5. The fifth part of the document discusses the importance of maintaining accurate records of all transactions. It emphasizes that this is crucial for ensuring the integrity of the financial statements and for providing a clear audit trail. The text notes that any discrepancies or errors in the records can lead to significant complications during an audit and may result in the disallowance of certain expenses.

6. The sixth part of the document addresses the issue of proper documentation. It states that all receipts and invoices must be properly filed and indexed. This not only facilitates the audit process but also helps in the identification of potential tax deductions and credits. The document stresses that the burden of proof is on the taxpayer to demonstrate that the expenses claimed are legitimate and allowable.

7. The seventh part of the document discusses the importance of timely reporting. It notes that any changes in the financial situation or tax status should be reported to the relevant authorities as soon as possible. This helps in avoiding penalties and interest charges that may be imposed for late reporting. The text also mentions that the taxpayer should keep abreast of any changes in tax laws and regulations that may affect their situation.

8. The eighth part of the document discusses the importance of seeking professional advice. It notes that a qualified tax professional can provide valuable guidance and assistance in navigating the complex tax system. This is particularly true for individuals with complex financial situations or those who are unsure about the proper reporting requirements. The document encourages taxpayers to consult with a professional to ensure that they are in compliance with all applicable tax laws and regulations.











B  
Vittor  
R.  
VII  
1  
N